

folgin; och sal er wonunge vnd phrunde dywil er lebit in dem gnante hofe habin vnd mit eynem hofemeystir, der nach ime gesaczt wird, teglichin czu tische gehen, als das teglichin gewonlich were. Geschee abir, daz gnanter er Albrecht in s. Johannis houe vorstirbe, das got lange wende, adir ane not vnd redeliche sache von deme houe czoge, was er dan gut vnd landhabe in den hof bracht hette, das sal dem houe czu siner selen selikeyt genczlichin bliben vnd folgin vnd anders nymand. Datum dinstags nach epiphan. 1391.

Nach Barthel's Diplomatar. Lips. III fol. 57 im Rathsarchiv zu Leipzig.

No. 98. 1391. 10. Oct.

*P. Bonifacius IX. bewilliget dem Rathe die Errichtung einer Capelle auf dem Rathhause, die Anstellung eines Weltgeistlichen bei derselben und das Patronatsrecht.*

Bonifacius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . proconsulibus et consulibus opidi Lipzk Merseburgensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Exigit vestrae devotionis sinceritas, quam ad nos et Romanam geritis ecclesiam, ut votis vestris illis praesertim, quae ad vestrarum salutem animarum et divini cultus augmentum cedere valeant, quantum cum deo possumus favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, quod pro eo, quod vestrae universitatis opidi Lipzk Merseburgensis diocesis negotia in teatro dicti opidi vos oportet frequentius pertractare, missis et aliis divinis officiis dum ea in parochialibus aut aliis ecclesiis eiusdem opidi pro tempore celebrantur non potestis commode interesse, quamobrem vos zelo devotionis accensi ac volentes terranea in coelestia et transitoria in aeterna felici commercio commutare de bonis propriis et huiusmodi communitatis ad laudem divini numinis nec non ad honorem et sub vocabulo gloriosae virginis Mariae quandam capellam in eodem teatro in loco ad hoc congruo et honesto de novo construere ac illam pro uno presbytero seculari, qui in illa missam et alia divina officia teneatur pro tempore celebrare, competenter dotare et in ea pro tempore huiusmodi missas et alia divina officia desideratis audire, si ad id sedis apostolicae accedat assensus. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut vobis praemissa faciendi licentiam impertiri et etiam ius patronatus eiusdem capellae vobis et successoribus vestris in proconsulatus et consulatus officiis eiusdem opidi imperpetuum reservare de speciali gratia dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati vobis, ut capellam praefatam construi facere in loco praedicto illamque pro huiusmodi presbytero pro tempore in illa in eisdem divinis ut praefertur domino servituro dotare, diocesani loci et alterius cuiuscunque super hoc licentia seu consensu minime requisitis, quodque in ea vos et iidem successores vestri cum familiaribus vestris et suis missas et alia divina officia huiusmodi libere et licite valeatis audire, auctoritate apostolica tenore praesentium de speciali gratia indulgemus, ius patronatus huiusmodi sive praesentandi eundem presbyterum sive rectorem pro tempore ad ipsam capellam postquam constructa et dotata